Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26953
Copyright: Admont, Benediktinerstift



simplicem usum facti frustra diceret quod in persona in firmorum ipsos xpus
habuit loculos cum sim. perfectis etiam conveniat habere simplicem usum
facti / et si quereatur propter quid in firmos istos loculos habuit. Aug. cuius
dictum insertum est in decretis / respondit dicens / habebat dominus loculos
a fidelibus oblatos suas et suorum necessitatibus / et alius in digentibus
hoc sensisse / nec habuit scilicet habere in communi etiam quo ad proprietatem aliquid
derogat / iuxta dictum Greg. ix predicti altissime paupertati qui in quadam
sua decretali dicit expresse / fratres predicatores et minores in altissima
paupertate xpo parent famulari / et tamen constat ipsos predicatores in
communi habere etiam ad eius proprietatem aliqua / quod eorum regule et statu non
repugnat / hoc etiam alex. p. iii. prefatus in condempnatione libelli
contra statum predicatorum et minorum edici videtur sensisse in qua loquendo
de dictis fratribus que secuntur subiunxit / cum autem sint quidam fratres omnia propter
deum relinquerunt ex illa vite subsidia mendicantes / xpumque imi-
tentur pauperem perfectionem evangelicam amplexando propter quod evidenter
apparet eos non solum in statu salvandorum existere sed etiam perfectorum
et pars ne religionis observantia quidem ipsius perfectionis evangelice
tenet formam in eterne retributionis / primo precellentes gloriam promere-
ri / ubi quod expresse dicit predicta xpum pauperem imitari ipsosque
perfectionem evangelicam amplexari et in statu existere perfectorum quandam
religionis observantia perfectionis evangelice tenet formam / ubi constat
ipsos habere etiam quo ad proprietatem aliqua iuxta eorum regulam in communi
nec obstat quod dicunt Innoc. predecessoris nostri dixisse altam paupertatem
esse habere pauca propria propter deum / altiorem que nulla habet propria
habet tamen in communi / altissimam quod nichil habet in hoc mundo nec in proprio nec
in communi / dicimus quidem quod dixit non ut papa sed ut super petrus de
carantasia in quadam epistola sua / quare dicta premissorum summorum
pon. sunt ei merito preferenda / dicunt etiam quod apostoli de tali altissima
locuti paupertate dicentes / et altissima paupertas eorum habundavit
in diviciis simplicitatis eorum quod evidenter est falsum / quia ibi loquitur
de paupertate macedonum qui etiam in speciali bona temporalia obtine-
bant / de quibus apostolus asserit / Supra vires suas miserant eleo-
sinas ~~suas~~ sanctis / Quod autem dicitur in declaratione Nicol. predecessoris
nostri predicti contineri quod fratres minores in rebus que eis obveniunt
habent cum simplicem usum facti denudatum omni iure / itaque fratres isti
seu ordo nullum habent ius utendi / hoc est expresse contra declarationes
Greg. Innoc. alex. summorum pontificum predictorum / in quibus expresse / qui-
talium fratrum usum habent continetur / quod de usu est intelligendum in tertio
ut superius est probatum / adhuc dicimus quod in possessione scilicet usum facti
simplicem absque iure aliquo / quod nichil aliud quam ipsum uti proprie
potest dici posse iure aliqua etiam usu non consumptibili

Dicit de paupertate alta altiori et altissima.